

47

REVISION	10
DATE	A
EXT.	5
PL.	
PL.	all


Handwritten scribbles on a staff line



Nº 29

206

Handwritten scribbles



Handwritten scribbles

3
29-47



COMMENTARIII

DOCTISSIMI


IN IIII. SENTENTIARVM LIBROS,

MAGISTRI GABRIELIS BIËL, SACRÆ THEOLOGIÆ
DOCTORIS PROFVNDISSIMI:

CVM SVPPLEMENTO, QVOD DESIDERABATVR.

ET ETIAM CVM LOCVPLETISSIMIS INDICIBVS
Vniuersali, & in singulos Libros:

Nunc in lucem restituti emendatiores, quàm antea,
& postillis ornati.



BRIXIÆ APVD THOMAM BOZOLAM
M. D. LXXIIII.

Del Collegio de la Comp. de S. de Granada





REVERENDO PATRI IN CHRISTO
P. F. THEODORO VALEAE MANTVANO
TOTIVS FAMILIAE CONGREG.
OBSER. LOMBARDAE

ORDINIS EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI
VICARIO GENERALI, ET MODERATORI
PRAESTANTISSIMO,
PATRONO SVO COLENDISSIMO

Petrus Bozola Bibliopola Cremonensis. S. P. D.



QVO die Amplissime Pater, singularis humanitas, facilitasq; tua aditum, & quasi fores ad ineundam gratiam, amicitiamq; tuam mihi aperuit, non modo tantum à te beneficium me accepisse iudicavi, quanti amplissimi uiri gratia ab infimo homine aestimari, ac ponderari debet, uerum etiam uotis omnibus semper optaui, ut aliquando eiusmodi facultas se mihi offerret, qua, si minus tanto merito parem gratiam referre, aliquam certè grati, memoris que animi significationem tibi dare possem. Verum hætenus ita casus tulit, ut summa quidem benignitas tua nouis in dies officijs me tibi magis, atque magis deuinciret; mihi uerò nihil suppeteret, quo uel minimam aris alieni, quo tibi obstrictus sum, partem dissoluere ualerem, præter cupidissimam gratificandi tibi uoluntatem. Quanquam autem (Cicerone teste) animi ingenui est, cui multum debeas, eidem plurimum uelle debere, & quò plura, maioraque sunt in me promerita tua, eò magis liberalitatis in me tuæ magnitudo, splendorq; elucescit: tamen non me-

diocriter (ut uerè dicam) angebar animo, & uita mihi peracerba esse uidebatur, omnemq; lapidem (quod aiunt) mouendum mihi putabam, ut aliquid eiusmodi inuenirem, quo me gratum, memoremq; tibi probare, & testatam apud omnes relinquere possem meã in te obseruantiam, uel potius pietatem: ne, cum tantopere tibi deberem, planè malum nomen esse uiderer, si nullo ipse officij genere te remunerari studerem. In hac cogitatione quotidie uersanti mihi ecce tandem aliquando quaedam occasio se obtulisse uisa est, quæ qualiscunque sit, non dimittendam, sed ultro arripiendam putauit. Ea quæ sit, paucis exponam. Ego, Theodore Clarissime, & Thomas Bozola, celeberrimus Brixie Bibliopola, affinis meus, lucubrationes quasdam perutiles, & commentarios Magistri Gabrielis Biel, uiri in Theologiæ scientia præstantissimi, ad enodandos, illustrandosq; Magistri sententiarum libros summo studio, atque industria elaboratos, cum temporum iniuria, & hominum (ut fit) incuria propè intercidissent; uetustissimum quoddam eorum uolumen nacti, typis nuper ad communem studiosorum utilitatem excudendos curauimus. In lucem eos cum emittere statuerimus: communi consensu uni Amplitudini tuæ dicandos censuimus: primùm, ut perpetuum sint nostræ in te obseruantie, pietatisque argumentum, ac testimonium. Deinde, ut sub Amplitudinis tuæ splendore in lucem prodeuntes, tum multò plus claritatis, & luminis, multòque plus auctoritatis, ac dignitatis consequantur: tum in doctissimorum uirorum manus libentius, alacriusq; ueniant. Postremò, quia nulli magis, quàm tibi conuenire arbitrati sumus, qui & patriæ claritate, & maiorum tuorum nobilitate, atque opibus clarissimus es. Qui, cum domi in summis delicijs uitam agere potuisses: diuini spiritus afflatu per impulsus, maluisti contempto mundo Augustinianæ te religioni consecrare, ut Christum lucrifaceres, & cælestes illos thesauros, æternamq; felicitatem consequereris. Qui a Reuerendis religionis uestre patribus, quo die adolescentulus adhuc initiatus fuisti, Theodorus (quod Dei donum significat)

non fortuitò, sed diuinitus nominatus, enixè operam dedisti, ut nequid indecore, nequid diuino illo munere, ac nomine indignum nò modo non faceres, sed ne cogitares quidem. Quem propter admirabiles, singularesq; animi tui dotes, & summam diuinarum, humanarumq; rerum cognitionem, atque usum cuncta religio uestra omnibus dignitatibus dignissimum iudicauit. Quem adhuc iuuenem omnes congregationis patres Vicarium generalem (quo nihil potuit tibi esse gloriosius) summo omnium consensu, ac lætitia, & gratulatione declararunt, & postea sæpius eodem honore pro maximis, plurimisque in se meritis tuis decorarunt. Qui, ut es omnibus uirtutibus ornatus, & in omni disciplinarum genere excellis, & præstas: ita Diuini cultus, & honoris cupidissimus, obseruantissimusq; es, & diuinarum, humanarumq; literarum studiosos mirum in modum amas, & foues. Qui in omni religionis administratione tam prudenter, tam iustè, tam fortiter, tantaq; moderatione te gessisti, & geris, ut omnibus æquè charus, admirabilisq; sis, semperq; fueris. Cuius diuina sapientia, & uberrima in dicendo copia, & melle dulcior oratio, atque gratia non solum iucundissima est, sed admirabilis etiam omnibus esse uidetur. Cuius summa grauitas cum singulari comitate, sermonisq; affabilitate coniuncta, & salibus condita mirificè omnium animos tibi conciliat, & arctissimis amoris, necessitudinisque uinculis obstringit. In cuius facie, totoq; corpore tanta uirilis dignitas inest, ut omnes in sui admirationem conuertat. Qui, tametsi iam ingrauescit ætas, nullis tamen unquam nec animi, nec corporis laboribus defatigaris, nec parcis, ut optime de cuncta religione, & congregatione uestra merearis. Qui uniuersæ Romanæ curiæ: & omnibus principibus, clarissimisq; uiris tam gratus, acceptusq; es; ut omnes te uehementer, singulariterq; ament, colant, & admirentur. Cui deniq; diuinitus datum est, ut omnia ex animi sententia felicissimè, cumulatissimèq; tibi succedant, & uotis, optatisq; tuis respondeant, cum summa omnium admiratione, quibuscum aliquid agere,

aut contrahere tibi contingat. Cui uni Deus, atq; cæli pro totius congregationis cōmodis, ac felicitate, tantam amplitudinem, ac potentiam dederunt, ut prope tu solus omnia gubernes, omnia moderere, & quicquid agas, ut fideliter, sapienterq; factum, ab omnibus pariter religionis Patribus una uoce comprobetur. Quæ cum ita sint: nihil planè dubitamus, quin omnes maiorem in modum consilium nostrum probaturi sint, qui hæc ipsa, quæ dixi, commentaria, in primis sub Amplitudinis tuæ auspicijs, atque auctoritate in lucem prodire uoluerimus. Quæ si & libenter (ut confidimus) te accepisse, & grata tibi fuisse cognouerimus: singulare nos abs te beneficium accepisse, & unicè amari iudicabimus, & incredibilem ex amore tuo, & officio nostro fructum, uoluptatemq; capiemus. Vale Amplissime Pater, & nos (ut facis) ama. Brixie. VI. Id. Maij. M. D. LXXIIII.



SCIPIO BADALVCCVS
LECTORIBVS

S. P. D.



N TANDEM studiosissimi Lectores doctissimum, & subtilissimum in quatuor sententiarum libros Magistrum GABRIELEM BIHL sacrae Theologiae doctorem profundissimum, cum supplemento, quod tantopere desiderabatur. Eum autem commendare non debeo, cuius lectione viri in sacrarum literarum interioribus studijs versati plurimum delectantur: & qui in hac sua excellenti, & singulari interpretatione satis, superq; commendetur. Prodit quidem nunc maxima, qua fieri potuit, diligentia emendatus, sed & postillis (vt dicunt) auctus, & ornatus. Habet etiam duos Indices, vniuersalem quidem materiarum omnium, quæ præcipuè tractentur in toto opere. Sed singuli quoq; libri suum habent; qui quidem ad nobiliora argumenta inuenienda faciliorem viam parant. Si occurrent errores typographici (quod quidem in tanto corpore fieri non potuit. Quis enim tam Lynceus?) in meliorem partem interpretabimini. Malè pingit, qui in marginib⁹ obseruationes apposuit, nec semper typographiæ interfuit, vt consuli posset. Sed hoc cum Horatio ausim dicere.

Optimus ille est, qui minimis vrgetur.

Vos igitur (quæ vestra erit prudens humanitas) in quoscunq; incidetis errores, non more Zoilorum flagellabitis, sed quicumq; irrepererint, non vt erunt, sed ut esse debuerant, legetis. Valete.



VITA GABRIELIS

BIEL

EX IOANNIS TRITTENHEMII
Abbatis Sphanhem. de scriptoribus
Ecclesiasticis libro.



nomen suum notificavit: Scilicet.

*In Canonem Missæ. lib. i.
Super quatuor lib. senten.
De passione domini. lib. i.
Sermones quoque varios. lib. i.
Et quædam alia.*

*Claruit senex, prouectusq; ætatis apud Ducem Vuitembergen. maximo in prætio: sub
Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro Papa sexto. Anno domini mil-
lesimo quadringentesimo nonagesimoquarto.*

*GABRIEL BIEL natione Theutonicus ordinis eo-
rum, qui se fratres de communi uita: uel in communi ui-
uentes appellant. Vir in diuinis scripturis erudi-
tus, & in seculari philosophia egregiè doctus: ingenio
excellens: uita, & conuersatione præclarus, qui gym-
nasio Thubingensi ab exordio suæ institutionis præ-
fuit annis multis: ubi tam in philosophia, quam in
sacris literis multos discipulos erudiuit. Scripsit
quædam non spernendæ auctoritatis opuscula, quibus*



INDEX GENERALIS

SVPER QVATVOR LIBROS

SENTENTIARVM MAGISTRI

GABRIELIS BIEL THEOLOGI

ACVTISSIMI.

ABSTRACTVM.



BBSTRACTA sūt multiplicia: quo modo formantur a rebus: pro quo supponunt, quid respondendum, ac quid est de abstractis: vnde solent res denominari: pulchrè explicatur. q. 3. prologi. Item distin. 34. libri 2. & c.

Abstracta relatiua quid dicunt, pro quo supponunt. distin. 30. q. 1. lib. 1. Item dist. 1. q. 1. lib. 2.

De veritate propositionum affirmatiuarum, in quibus ponitur abstractum priuatiuum: quò sunt verè. dist. 34. lib. 2. pulchrè explicatur: quò tales propositiones debent resolui. Ibidem.

¶ Acceptio personarum.

Acceptio personarum quid est, in quibus habet locum. dist. 15. q. 7. lib. 4.

¶ Actus bonus, malus, indifferens, virtuosus, vitiosus.

Actus dicitur bonus, vel malus ex genere, ex circumstantia, ex obiecto: ex prin-

cipio meritorio. dist. 36. lib. 3. Item dist. 7 & dist. 28. lib. 2. Similiter de malitia opposita. Ibidem.

Actum bonum contingit tripliciter exerceri: seu propter triplicem finem. dist. 36. lib. 3.

Actus sumitur multipliciter. dist. 2. lib. 2.

An bonitas operis attendatur ex sola intentione finis. Operis bonitas ex quibus dependet. Ad bonitatem, vel malitiam operis quid requiritur, & sufficit. dist. 40. lib. 2.

Verum intentio bona sine opere sufficit ad merendum vitam æternam. Ibidem.

Verum inter actus humanos sit aliquis indifferens dicendus. Item an actus relatus ad vitium finem potest esse indifferens. An sit actus indifferens respectu meriti, vel demeriti. dist. 41. lib. 2.

Verum actus exterior habeat propriam bonitatem, vel malitiam: an addat ad meritum. dist. 42. lib. 2.

Actus dicitur malus negatiuè vel contrariè: de circumstantijs requisitis ad actum bonum: & quantum circumstantiarum defectus facit actum malum: an actus non relatus in deum sit peccatum. An



- omnis actio infidelium sit peccatum. Et quō actus potest referri in finem multipliciter. dist. 1. lib. 1. sic de nō referri. ibidem. & dist. 41. lib. 2.
- Actus exterior, & interior an sint duo actus, & duo peccata. dist. 42. lib. 2.
- An actus, quo diligitur finis: & id, quod est ad finem, sit vnus actus. dist. 1. q. 1. lib. 1.
- An plures actus possunt esse in voluntate. Ibidem.
- Actus beatificus, an sit effectiue a deo, vel creatura. dist. 1. q. 2. lib. 1. Item dist. 14. lib. 3.
- Actuum distinctio, & vnitas vnde sumitur. dist. 14. lib. 3. Item dist. 33. lib. 3. Item dist. 16. lib. 2.
- De actibus virtutum moralium latè, & pulchrè vide dist. 23. q. 1. lib. 3.
- Quid est actus virtuosus: quæ requiruntur ad ipsum, & quot: quotuplex est: an aliquis actus sit necessariò virtuosus: de circumstantijs actuum virtuosorum: an in voluntate potest esse actus indifferens: quid est actum elici conformiter rationi rectæ: quō prudentia regulat actum, & similia. Vide dist. 23. q. 1. lib. 3. per totum. Item dist. 33. lib. 3. Item dist. 41. lib. 2.
- Bonitas actus moralis quid superaddit actui. dist. 23. q. 1. lib. 3.
- Actus rectitudo quid est. dist. 23. q. 1. lib. 3. Item dist. 25. lib. 2.
- An rectitudo actus, & difformitas differant a substantia actus. dist. 23. q. 1. lib. 3.
- Actus virtuosus, & vitiosus quid connotant illa nomina. dist. 23. q. 1. lib. 3.
- Actū dictare, siue regulare quid est. dist. 23. q. 1. lib. 3.
- Quomodo primi motus in voluntate possunt excusari a peccato. dist. 23. q. 1. lib. 3.
- Actus respectu obiecti presentis, & absentis, an differant spem. dist. 31. lib. 3.
- Actus, & habitus quomodo distinguuntur. dist. 33. lib. 3.
- Actus imperatiuus formaliter, vel equaliter. dist. 36. lib. 3.
- Actum exteriorem esse moraliter bonum, vel malum quid est. dist. 42. lib. 2.
- ¶ Adam.
- De formatione Adæ extra paradysum: & locatione eius in paradysum. dist. 17. lib. 2.
- De formatione Eue ex costa Adæ. dist. 18. lib. 2.
- Vtrum in costa Adæ fuit ratio seminalis, per quam de ea productum est corpus Eue: an aliquid fuit additum. &c. dist. 18. lib. 2.
- De peccato primi hominis pariter, & Eue, quā graue: & grauius alio. &c. An veniale. Item de peccato de per ignorantiam: an fuit excusabile. dist. 22. lib. 2.
- Peccatum primorum parentum an processit ex infirmitate legis, ignorantia, vel electione. dist. 22. q. 2. lib. 2.
- Adam quō cognouit deus, qua cognitione. dist. 23. lib. 2.
- ¶ Adoptiuus.
- Filius adoptiuus quis est. Quot ad hoc requiruntur condiciones: an conueniat Christo. dist. 9. lib. 3.
- ¶ Adoratio latria.
- Differunt latria, dulia, hiperdulia. Quæ illarum conuenit humanitate Christi, cruci, vestibus sanctorum, imaginibus, &c. dist. 9. lib. 3.
- Latria an sit virtus theologica, vel moralis. Ibidem.
- Deus quō est principaliter adorandus. dist. 26. lib. 3.
- ¶ Affectio.
- Affectio iusti, & commodi. dist. 6. lib. 2.
- ¶ Agere.
- An omne agens agendo repatiatur. dist. 19. lib. 2.
- ¶ Alea.
- De ludo alearum: vide in ludus. Et dist. 15. q. 13. lib. 4.
- ¶ Ambitio.
- Ambitio quid est. dist. 6. lib. 2.
- ¶ Amor.
- Amor, quere in charitas. &c.
- ¶ Angelus, demon.
- An anima, & angelus distinguantur specie essentiali, vel in genere: quō differant, & distinguantur. dist. 1. q. 6. lib. 2.
- Vtrum tempus sit mensura angelorum:

- ibi de duratione angelorum, motu, tempore. dist. 2. q. 1. lib. 2.
- Vtrum angelus sit in loco per substantiā suam. Plura ibi vide de locatione angeli, quō est in loco: an coadistat loco: an determinet sibi certum locum: an duo possunt esse in eodem loco: an idem in distinctis locis. dist. 2. q. 2. lib. 2.
- An aliquis locus sit angelo naturalis, aut violentus. Ibidem.
- Quō cælum empyreum dicitur angelis repletum. dist. 2. q. 3. lib. 2.
- Vtrum angelus potest moueri localiter: vtrum in instanti. & si de termino ad terminum sine medio. dist. 2. q. 3. lib. 2.
- Vtrum omnes angeli inter se personaliter discreti sint essentialiter specie distincti: an oēs angeli sint personaliter discreti: an plures angeli reperiuntur in eadem specie. dist. 3. q. 1. lib. 2.
- Angelus quid est. dist. 3. q. 1. lib. 2.
- De angelorum cognitione: an cognoscant se, & alia per essentiam: vel per species a rebus acceptas: aut a deo infusas. Quid cognouit angelus ante, & post confirmationem: de claritate sue cognitionis. Quid cognouit angelus in principio creationis: aut cognitionem tunc recepit a rebus, vel per infusionem: an eorum cognitio sit matutina, vel vespertina. &c. dist. 3. q. 2. lib. 2.
- Quales fuerunt angeli creati: an boni aut mali: an gratia, & natura perfecti: an poterant esse miseri in primo instanti sue creationis: vtrum fuerunt præscij sui lapsus: aut beatitudinis, quam certitudinem boni habuerunt. dist. 4. lib. 2.
- Item an omnes angeli fuerunt in gratia creati. Ibidem.
- De merito angelorum quō, & quando meruerunt suam beatitudinem: an in instanti, vel in mora temporis. De morulis meriti, & status angelorum in naturalibus: merito, & præmiatione: si meritum angelorum præcessit præmium: an creati sint vniformes, & oēs in gratia, si illæ moræ meriti fuerunt instantaneæ, vel non. dist. 5. lib. 2.
- Vtrum angelus potuit peccare in instanti primo. Item vtrum potuit mereri:

- quid sibi meruerunt. dist. 5. lib. 2.
- Vtrum primum peccatum angeli pertinet ad superbiam fuit simpliciter irremediabile. Item an angelus potuit odire deum. dist. 6. lib. 2. Item dist. 43. lib. 2.
- Quomodo angelus, & anima dicuntur pares natura: officio impares. dist. 1. q. 6. lib. 2.
- An corpus, & angelus habent eundem locum: & an locus angeli continet solū angelum. dist. 2. q. 2. lib. 2.
- An angelus appetiuit equalitatem Dei. Et si possit concupisci equalitas Dei. dist. 6. lib. 2. Item an angelum esse equalē deo sit aliquid. Ibidem.
- De peccato inferiorum angelorum: & quæ angelus apostata pluribus peccatis peccauit. dist. 6. lib. 2.
- De obstinatione diaboli: an potest stare cum libero arbitrio: de causa, & effectu obstinationis eius: an angelus damnatus habet omnes actus suos in sua libertate: an potest in actum bonum: an potest carere actu malo. dist. 7. lib. 2.
- An aliquis locus sit disconueniens, & penalis demonibus. Ibidem.
- An demones volentes tētare hominem inde gaudeant, & lætentur. Ibidem.
- Vtrum angeli possunt assumere corpora: & in eis exercere opera vitæ: quid est angelum assumere corpus: ad quid, & quale: & vnde assumit corpus. Si angelus potest comedere: & corpora sanctorum post resurrectionem quas operationes possent exercere. Ibi de incubis, & succubis. dist. 8. q. 1. lib. 2.
- Vtrum demones humana corpora possidentes illabant animabus: & suis prestigijs illudant humanis sensibus. cur hoc permittit deus: an possent miracula facere: an potest id nobis malas affectiones incendere: & similia. dist. 8. q. 2. lib. 2. Item quid est corporis obsessio per demonem. Sic de illabi. ibidem. Ibi de incantationibus, carminibus, maleficijs, &c.
- De angelorum hierarchijs, ordinibus, officijs, distinctione per hierarchias, ordines, officia. Vtrum omnes angeli

sint eiusdem speciei : de assumptione saluandorum ad choros angelorum: de angelorum prelatione. dist. 9. q. 1. lib. 2.

De actibus hierarchicis angelorum, & eorum locutione. Qui sunt illi actus. Pro quo supponunt nomina. Si angelus potest alteri occultare, quod cogitat: & similia multa. Si omnes angeli nouerunt mysterium incarnationis futurum. An demones nouerunt Christum esse filium Dei. Differentia inter loqui, & audire mentaliter. distin. 9. q. 2. lib. 2.

De missione angelorum ad homines. Angelum mitti quid est. An omnes mittantur. An de singulis choris. An angelus angelum mittat. dist. 10. lib. 2.

De custodia angelica, et eius effectibus: quando, & quibus deputantur ad custodiam: an aliquid mereantur per custodiam: an tristrentur ex hominis damnatione: an angelus mittatur provincie: an resistat alteri angelo. distin. 11. lib. 2.

¶ Anihilare.

Anihilare quid est: an conuenit creature formam annihilare. dist. 1. q. 4. lib. 2.

¶ Anima, uoluntas, libertas.

Libertas uoluntatis quid est. Quotuplex libertas. An quid distinctum a uoluntate. dist. 1. q. 6. lib. 1. Item dist. 7. lib. 2. Item dist. 10. q. 2. lib. 1. Ibi de seruitute totuplici opposita. distin. 7. lib. 2. Item distin. 25. lib. 2.

An uoluntas non potens peccare sit liberior uoluntate potente peccare: & quo libertas conuenit deo. dist. 10. q. 2. li. 1.

An uoluntas respectu cuiuslibet actus sui sit libera. Vnde causatur actus uoluntatis, ut natura. dist. 15. li. 3.

Liberum arbitrium quid est: an una potentia, uel plures. dist. 25. lib. 2.

Potentia libera quid est: libertas multiplex. dist. 25. lib. 2.

Rectitudo uoluntatis quid est: in quo consistit. ibidem.

An potest sufficienter probari uoluntatem esse liberam. ibidem.

Libertas arbitrii, an potest augeri, uel

minui. ibidem.

An uoluntas potest cogi a deo. differunt uoluntatem cogi, induci, mutari. ibidem.

Utrum uoluntas sit causa immediata suorum actuum, & sufficientis: an obiectum concurrat. ibidem.

An uoluntas sit causa contingens suorum actuum: & si dum agit, uel dum non agit. ibidem. Item dist. 38. lib. 1.

Uoluntas hominis an, & quo potest diffcultari: unde oritur eius difficultas. dist. 28. lib. 2. Ibidem quomodo potest induci.

Appetitus triplex. dist. 27. lib. 3.

Appetitus irascibilis, & concupiscibilis quo, & in quo differunt. seu penes quod. ibidem. Alia uide in appetitus. &c.

Liberum arbitrium non necessitatur a deo per gratiam. dist. 39. lib. 2.

De potentis animæ, quæ illarum capax est doloris, aut tristitiæ. dist. 15. lib. 3.

Portio superior, & inferior quomodo distinguuntur. ibidem. Et similia ibidem. Item dist. 24. lib. 1.

An uoluntas respectu cuiuslibet actus sui sit libera: unde causatur actus uoluntatis ut natura. dist. 25. lib. 3. Uoluntas accipitur multipliciter. dist. 38. lib. 2.

An uoluntas ex libertate sua potest uelle malum. dist. 43. lib. 2.

Velle duplex: conditionatum, & absolutum. Sic de nolitione. Et an talis sufficiat ad peccatum. dist. 15. lib. 3.

Uoluntatis, & appetitus multiplex acceptio. dist. 17. lib. 3.

In anima quæ, & quot ponuntur secundum philosophiam: dist. 23. q. 1. lib. 3.

Primi motus in uoluntate quomodo excusantur a peccato. dist. 23. q. 1. lib. 3.

Potentia animæ quid est. dist. 33. lib. 3.

Uoluntas efficax, & simplicis complacentiæ quid est. dist. 32. lib. 3.

Actus uoluntatis duplex nolle, & uelle: uelle amicitie, & complacentiæ: quo uoluntas tenetur se refrænare secundum iustitiam. dist. 6. lib. 2.

An uoluntas uolens antecedens uelit & consequens. Et an primum potest uelle uoluntas sine secundo. ibidem.

An animæ sensitiuæ brutorum producantur

cantur de nihilo. dist. 15. li. 2.

An in homine sit tantum una anima diuersis nominibus dicta a potentis animæ prorsus indistincta. Latè examinatur hæc materia de unitate formæ substantialis in homine; dist. 16. li. 2. Recitantur opiniones oppositæ & soluuntur. ibidem.

An anima separata potest sentire: potentie sensitiuæ quomodo distinguuntur: sensatio cui inheret in homine: an intellectus actiue se habeat respectu intellectiōis. ibidem.

An anima potest informare materias distinctas: an sit tota in toto homine, & tota in qualibet parte. dist. 16. li. 1.

Intellectus agens & possibilis quomodo differunt: an intellectus sit uoluntas, dist. 16. li. 2.

An anima rationalis sit ex traduce: an a solo deo creatur: an anime simul create sint, uel successiue. dist. 17. q. 1. li. 2.

Uoluntatis multiplex acceptio. dist. 23. li. 2.

An deus potest facere uoluntatem rationalem per naturam impeccabilem. ibidem.

Utrum portio superior, & inferior sint potentie distincte. Item an solum reperiantur in ratione: de multiplici earum acceptione. dist. 24. li. 2. Item de earum differentia. ibidem.

Utrum liberum arbitrium sit aliquid a ratione, & uoluntate distinctum. dist. 25. li. 2.

Utrum uoluntas potest cogi a deo: utrum uoluntas sit libera: utrum sit causa sufficientis suorum actuum: utrum sit causa ad uerumlibet: quando uoluntas est causa contingens an uerumlibet: uel cum agit, uel cum non agit: uerum sit causa immediata suorum actuum. ibidem. De contingencia ad uerumlibet etiam habetur. dist. 38. li. 1.

¶ Apparitio.

Apparitiones diuinæ factæ patribus, factæ sunt per angelos. dist. 8. q. 1. li. 2.

¶ Appetitus.

De diuersis inclinationibus appetituum: & quo appetitus beatitudinis potest esse inordinatus. dist. 6. li. 2.

¶ Aqua.

Aquæ, quæ sunt super cælum sunt elementares. dist. 14. li. 2.

Aquæ multiplex acceptio. ibidem.

¶ Assensus.

Assensus quid est: quotuplex. An potest esse assensus, & non esse cui assentitur. Si distinguatur ab actu apprehensio. q. 1. prologi.

¶ Adsumere in facultatem uoluntatis.

Adsumere in facultatem uoluntatis quid est: quotupliciter sit. dist. 1. q. 1. li. 1.

¶ Auaritia.

Auaritia quid est: & respectu quorum: dupliciter accipitur. dist. 6. li. 2. Item dist. 22. q. 1. li. 2.

BAPTISMVS.

De baptismo Ioannis: cur sic dicitur: a quo institutus fuit: quamdiu durabat: fuit sacramentum: an contulit gratiæ de eius forma, & ministro: quibus datus: ad quid institutus: an datus masculis, & femellis. dist. 2. q. 2. li. 4.

Baptismus Christi cur habuit preparatorium: non sic baptisus Ioannis. dist. 2. q. 2. li. 4.

Baptismi diffinitio lata: de eius quidditate, materia, congruentia materie, de eius forma, de variatione formæ multiplici, quarum aliqua impedit: alia non. Latè illud explicatur dist. 3. per totum lib. 4.

Baptismi effectus in genere: indignè, & in fide accedentibus: & de eius non iteratione, si augeat gratiam: si tollat fomitem: quid de uirgine Maria. dist. 4. q. 1. li. 4. Ibidem de infusione uirtutum Theologicalium, & Cardinalium.

Baptismi effectus si sit æqualis in omnibus ipsum sacramentaliter sumentibus. Accedentium ad baptismum multiplex distinctio: de fictis: non fictis: dissentientibus: consentientibus: dissentit quis contrariè, uel negatiue: de carentibus uisum rationis: de furiosis, & dormientibus. dist. 4. q. 2. li. 4.

De excessu, & excellentia baptismi fluminis, fluminis, & sanguinis. Et eorum notificatione pariter, & effectu multiplici. ibidem.

Qui tenentur ad baptismum: an in vtero sanctificati: an iustificati: an virgo Maria: an infans manens in vtero. Itē corio inuolutus. ibi de paruulis expositis: de morituris: de paruulis infidelium: quid cum eis agendum. Item dum aqua vix hauriri potest: si puer debeat in aquam projici: si vterus matris uiuere quandoq; aperiri: an adulti infideles sint ad baptismum compellendi, & similia multa. ibidem.

De baptismi ministro: an peccat recipiens baptismum a malo ministro. Quid si minister non vult baptizare nisi pro pecunia: an puer potest simoniace baptizari: an aqua emi: an potest suscipi ab excōmunicato: a p̄ciso. &c. dist. 5. li. 4.

Baptismi potestas multiplex, dist. 5. li. 4.

Alia in Christo: alia in ministro. Ibidē.

An ad veritatem baptismi requiratur certus gradus, conditio, & qualitas ministrantis, dist. 6. q. 1. li. 4.

Ad veritatem baptismi aliqua requiruntur de congruo aliqua de necessitate sacramenti. ibidem.

An omnis homo: an angelus: an diabolus: an laicus, mutus, mancus: an mulier: an ebrius potest baptizare. ibidem.

Intentio qualis requiratur ad baptismum. ibidem.

An duo possunt vnum baptizare: & si est vnus baptismus, dist. 6. q. 1. li. 4.

An ad baptismum requiritur fides: & cuius fides: an fides ecclesie. ibidem. Itē dist. 4. q. 2. Ibidem.

An characteris impressio sit interabilitatis baptismi ratio, dist. 6. q. 2. li. 4.

Baptismum iterantium pena. ibidem.

Quid agendum, si dubitatur de baptismo alicuius. ibidem.

Baptismum aliqua p̄cedunt: aliqua comitantur: aliqua sequuntur de effectu eorundem: & que fiat illa, dist. 6. q. 3. lib. 4. Vide in exorcismus, & cathichismus.

Patrini ad quid tenentur baptizato: quomodo intelligitur eorum responsio. dist. 6. q. 3. lib. 4.

¶ Beatitudo.

Beatitudo multipliciter accipitur, dist. 1. q. 4. lib. 1. Item q. 6. ibidem. Item dist. 26. li. 3. Item dist. 4. li. 2.

Gaudium essentiale, & accidentale in beatitudine quid est, dist. 10. q. 2. li. 2.

¶ Bellum.

Bellum quid est: quotuplex: quis potest bellare: que requiruntur ad bellum iustum. Multa de hoc rarissime habentur, dist. 1. q. 4. li. 4. vbi habetur latus tractatus de bello: & de restitutione acquiritorum in eo.

¶ Beneficium.

Multiplex nominis beneficium acceptio. Beneficia quāq; iustē, quandoq; iniustē possidentur. Latē tractatur materia de pluralitate beneficiorum: de residua beneficiorum: de eorūdem absentia: negligentia: de infirmis: cur dantur beneficia: de comparabilitate: de dispensatione super pluralitate quā tenet: de receptis beneficio vacante. Itē mortali peccato, dist. 15. q. 8. li. 4.

CLERICVS.

An clericus habens patrimonium potest habere beneficium, dist. 1. q. 8. li. 4.

¶ Character.

Quae sacramenta imprimunt characterem: characteris quidditas, conditiones, effectus, causa ponendi, numerus, subiectum, dist. 6. q. 2. li. 4.

¶ Charitas, diligere, Amare, amor.

Diligere propter se, p̄ aliud. An deus p̄t diligere propter retributionē. Amor concupiscentiē, & amicitie qd est: quō differunt: quotupliciter accipiunt, dist. 1. q. 1. li. 1. Item dist. 1. q. 5. li. 2. Item dist. 27. li. 3. per totum tractatum de charitate in li. 3.

Diligere intensē, & actu intenso, quomodo differunt. Multiplex acceptio diligere intensē. dist. 1. q. 1. li. 1.

An homo semper tenetur diligere deū: dum de eo cogitat, dist. 1. q. 4. li. 1.

Charitas requiritur ad actum meritorium: & quomodo format virtutes, & actus, dist. 26. li. 3.

Charitas quid est, dist. 27. li. 3.

Amor triplex. ibidem.

Amor naturalis, sentitiuus, intellectiuius.

Amor arbitrius.

Multiplex amor concupiscentiē: amor amicitie. Et si est vnus, vel plures actus. ibidem.

Item amor effectiuius, effectiuius. Ibidem.

Item dist. 1. q. 5. li. 2. Item dist. 6. eiusdem.

Differunt amor, charitas, dilectio. dist. 27. li. 3.

Amare deum quid est. ibidem.

De p̄cepti charitatis obligatione cum suis clausulis: explicatione: obseruantia. ibidem.

Diligere deum super omnia intelligitur quadrupliciter. Et latē explicatur de diuersis actibus amoris, quō homo tenetur ad p̄cepti de dilectione obseruantiam. ibidem.

Amor firmus, & tenax. ibidem.

An, & quomodo p̄ceptum de dilectione dei potest obseruari in hac vita: an homo ex puris naturalibus potest diligere deum super omnia. ibidem.

Quomodo gratia, vel charitas requiritur ad actum esse meritorium. ibidem.

Item dist. 29. li. 2.

Sub qua ratione deus dicitur obiectum charitatis, dist. 27. li. 3.

Quae sunt ab homine diligenda ex charitate: & ita de charitatis obiecto. Charitatis obiectum adequatum quid est.

Diligere proximum charitatiuē quid est. Habitus charitatis acquisitus quō plurificatur specie. An habitus infusus inclinat sine acquisito. Proximus quis est: an sit vna infusa charitas specie. Vtrū angeli, & beati sint proximi nostri: vtrum demones sint ex charitate diligendi, dist. 28. li. 3.

De charitatis ordine quis est: Ordo diligibilis quis est. Quomodo ad salutem necessarius. Quomodo charitas non querit, que sua sunt. De ordine dilectionis beatorum in patria. De gradibus incipientium, & proficien-

tium, & perfectorum quomodo distinguuntur, dist. 30. li. 3. Item vtrum oportet dimittere signum rancoris. Ibidē.

An sit eadem charitas viā, & patriā, dist. 31. li. 3.

Vtrum deus ab æterno æqualiter diligit ex charitate omnia diligibilia. Ibi multa qualiter deus diligit rationalia, & irrationalia. Quomodo diligit contra ria. Charitas, qua deus formaliter diligit, quid est, dist. 32. li. 3.

Diligere quid est: quid est dilectio.

An deus plus dilexit Petrum, quā Ioānem.

An deus plus dilexit hominem, quā angelum.

An in delectione dei respectu creaturarum sit quidam ordo, dist. 32. li. 3.

Charitas creata, & increata, dist. 32. li. 3.

An omnis amor concupiscentiē p̄supponat amorem amicitie.

Et omne nolle p̄supponat velle. dist. 1. q. 5. li. 2.

Plura vide in gratia. &c.

¶ Causa.

An deus sit causa finalis omnium, Differunt finis, & causa finalis.

Causa finalis dupliciter accipitur, dist. 1. q. 5. li. 2.

Ibi de causalitate causę finalis. Et quomodo p̄existit operationi. Si eiusdem effectus possunt esse plures causę finales.

Quomodo primum in intentione, est vltimum in executione. Ad ad causalitatem eius requiritur ipsam realiter esse. ibidem. &c.

De quadruplici causalitate quatuor causarum, dist. 1. q. 5. li. 2.

Causa per se, causa per accidens. Et quomodo probari potest primitas causę efficientis, dist. 2. q. 10. li. 1.

Causa immediata, partialis, totalis, causa prima, dist. 45. li. 1.

Causare. Causa qd est. Causa propriē dicta, & sine qua non. Quid est de ratione cuiuslibet, dist. 1. q. 1. li. 4. Itē dist. 1. q. 2. li. 2. Ibidem de causalitate gratiæ sacramentorū nouę legis. Causa principalis, & instrumentalis qd est. Ibidē.

Differunt causa totalis, & causa sufficiens. An idem effectus potest dependere a diuersis causis, dist. 1. q. 1. li. 3.
 Quando sufficit assignare pro causa naturam rei, dist. 13. li. 3.
 An deus sit causa prima, & immediata omnium effectuum, dist. 1. q. 2. li. 2.
 Causa multipliciter accipitur. Causa mediata, & immediata. An idem sit causa causa & immediata. Causa præcisa, & totalis, dist. 1. q. 2. li. 2. Causare quid est. Item quid causa immediata immediate diatione, & causæ effectus. Ibidem.
 De ordine causarum essentialiter ordinatarum, ibidem.
 An idem potest esse causa plurium: an idem bis producat; an idem generetur, & creetur. Ibidem.
 De causa vide in deus.
 Vtrum creatura potest conseruare effectum sine subiecto. A quo producuntur qualitates in sacramento altaris, dist. 1. q. 4. li. 2.
 An causæ possunt esse sibimicem causæ: dependentia causati ad causam quid est, dist. 1. q. 5. li. 2.
 Causa propriè dicta, & occasionalis, quæ est, dist. 2. r. li. 2.
 Esse causam totalem repugnat creaturæ, dist. 37. li. 2.
 ¶ Cælum.
 Vtrum in cælo sit materia eiusdem rationis cum inferioribus. An sit corruptibile: cælum empyreum quando creatum est, dist. 1. 2. q. 2. li. 2.
 Quomodo angelis repletum, di. 2. q. 2. li. 2.
 De numero cælorum opiniones quatuor recitantur. Cælum multipliciter accipitur, dist. 14. li. 2.
 Cælum empyreum an sit ponendum: cur sic dicatur: quomodo influat in inferiora. Ibidem.
 Cælum unde mouetur, an naturaliter: cur & ad quid: an habeat aliquam actionem in animam: an in fine mundi quiescat: an per astra agat in inferiora, ibidem.
 An intelligentia contingenter moueat cælum: & an deus per se moueat primum mobile. Ibidem.

Cælum chrysalinum quid est. Ibidem.
 ¶ Cerimonia.
 An cerimonia legis veteris contulerunt gratiam ex opere operato, dist. 1. q. 3. lib. 4.
 ¶ Certitudo.
 Certitudo multiplex ex parte intellectus, & affectus, dist. 4. li. 2.
 ¶ Christus, Christi incarnatio, mors, passio, meritum, vnio hypostatica.
 An solus filius sit incarnatus. Incarnatio quid est, dist. 1. q. 1. & dist. 2. li. 3.
 Vnio hypostatica quid est. Vnio quid est: an relatio, vel entitas absoluta, cui assimilatur in creaturis, dist. 1. q. 1. li. 3.
 Ad terminandum suppositalem dependentiam quid requiritur. Qualis proportio vnibilium. Si possibilis sit hæc vnio, dist. 1. q. 1. li. 3. Item q. 2. eiusdem.
 Vniri quid est. Ibidem.
 Vniri mediatur, vel immediatur quid est, dist. 2. q. 1. eiusdem. Item dist. 5. eiusdem.
 Vtrum tres personæ possunt eandem naturam numero assumere, dist. 1. q. 1. li. 3.
 Vniones an numerantur secundum numerum terminorum. Ibidem.
 Vtrum essentia potest suppositare naturam humanam, vel ei vniri. Ibidem.
 Differunt vniri alicui, & suppositari ab aliquo. Ibidem. Item dist. 5. eiusdem.
 Vtrum quælibet natura potest suppositari a verbo, aut a persona alia, dist. 1. q. 2. li. 3.
 Recitantur opiniones duæ.
 Adsumi suppositaliter quid est, dist. 1. q. 1. li. 3.
 Caro per quid fuit vnita verbo in sepulcro, dist. 1. q. 2. li. 3.
 Vtrum natura humana sit vnita verbo vna, vel pluribus vnionibus, dist. 1. q. 1. li. 3.
 Vtrum persona diuina possit adsumere naturam creatam. Ibidem.
 Vtrum natura humana sit in potentia neutra ad proprium suppositum. Ibidem.
 Vtrum suppositum diuinum potest simul plures naturas adsumere, numero, & specie distinctas. Ibidem.
 Vtrum suppositum creatum potest aliam naturam creatam suppositaliter adsumere. Ibidem.

Vtrum verbum simul tempore assumpsit humanam naturam, & quælibet eius partem immediatur, dist. 2. li. 3.
 Medium vnionis multiplex est. Ibidem.
 Congruitas incarnationis. Ibidem. Et cur opus incarnationis ita fuit dilatatum. Ibidem.
 Vtrum si homo non peccasset, verbum nihilominus incarnatum fuit. Ibidem.
 Vtrum vnio deitatis, & humanitatis sit facta in natura, vel in persona assumente, dist. 5. li. 3.
 Differunt vniri, & adsumi, vnire, & adsumere ad vnionem. Ibidem.
 An homo potest adsumi. Ibidem.
 An sit eadem vnio animæ ad corpus, & animæ ad verbum personæ. Ibidem.
 An persona assumpsit personam: vel naturam naturam: vel naturam personam: an persona naturam, dist. 6. q. 1. li. 3.
 Vtrum verbum incarnatum est compositum: & quomodo Christus assumpsit naturam humanam vt habitum, dist. 6. q. 1. & q. 2. li. 3.
 Vtrum Christus sit aliqua duo: & quomplex esse reperit in ipso, dist. 6. q. 2. li. 3.
 Christus quid significat, pro quo supponitur: an sit compositus: an sit quoddam totum. Ibidem.
 Christus contingenter est homo: sed non accidentaliter: an verbum est duo, dist. 5. q. 2. li. 3.
 An Christus secundum quod homo, est aliquid: an Christus sit vnus vnitate creata, vel increata, dist. 6. q. 2. li. 3.
 ¶ De communicatione idiomatum.
 De communicatione idiomatum: & si creata vtriusque naturæ possunt de seimicem verè prædicari, dist. 37. li. 3.
 Hæc materia latè, & artificialè pariter, & catholice applicatur. Ibidem.
 Idioma quid est, dist. 7. li. 3.
 De triplicibus propositionibus, quæ currunt in hac materia: de inesse ampliativè, reduplicativè, & speciuocativè. Pulchre, & latè tractatur, dist. 7. li. 3. quomodo sint concedendæ.
 Concretorum triplex differentia. Ibidem.
 An in Christo filiatio temporalis, & æ-

terna sint relationes abinuicem realiter distinctæ, dist. 8. li. 3.
 An essentia diuina sit incarnata, & ex virgine nata. Ibidem.
 Vtrum, & qualiter humanitas Christi sit adoranda, dist. 9. lib. 3.
 Vtrum Christus secundum quod homo, sit filius adoptiuus: an Christus prædestinatus sit esse filius dei, dist. 13. li. 3.
 Vtrum Christus potest dici creatura, dist. 11. li. 3.
 Vtrum Christus potuit peccare, mentiri, decipere: cum assumpsit naturam masculinam: cur de massa perditionis. &c. dist. 12. li. 3.
 Vtrum summa creabilis gratia sit anime Christi collata. Latè explicatur illa materia, dist. 13. li. 4.
 Vtrum fruitio animæ Christi fuit summa possibilis creaturæ, dist. 13. li. 4.
 Christus quomodo, & quorum est caput: & secundum quam naturam mediator est dei, & hominum. Ibi de gratia capitis, & de plenitudine gratiæ Christi, dist. 13. li. 3.
 An anima Christi videat omnia in verbis, quæ nouit verbum. Recitatur quintuplex opinio, dist. 14. li. 3.
 Christus an fuit decimatus in lumbis Abræ. Decimatio qualis actus fuit: qualiter fuit in lumbis Abræ, dist. 3. q. 2. li. 3.
 Natura humana in Christo non contraxit originale peccatum, dist. 3. q. 2. li. 3.
 Caro Christi quomodo dicitur fuisse obnoxia peccato in patribus, dist. 4. lib. 3.
 An Christus descendit ab Adam secundum rationem seminalem: & quomodo hoc intelligitur. Ibidem.
 Anima Christi an videat omnia intuitiue actualiter, & in proprio genere: quomodo profecit in gratia, & sapientia: an comprehendat infinitatem verbi. Vtrum perfectissima notitia sit animæ Xpi cõcabilis. Vtrum ei potuit cõcari omnipotentia, dist. 14. li. 3. Item de intellectu scripturæ cõ dicitur profecisse ætate, & sapientia. Ibidem.

¶ Christi passio.
 Anima Christi, quā, & quantum habuit
 tristitiam, & dolorē secundū quā ani-
 mæ portionem: de voluntate Christi
 ut natura, ac sensui coniuncta: quō do-
 luit: de quibus tristata fuit: an Christi
 passio fuerit minor passione purgato-
 rij, & inferni: an extensiuē, & intensi-
 uē maior omni pena omnium homi-
 num. Vtrū in instanti mortis fuerit ma-
 xima tristitia in sensualitate: de quibus
 tristata est anima Christi in passione:
 an solus Christus sensit amaritudinem
 mortis: quō in Christo simul fuit gau-
 dium, & tristitia summa: de dilatio-
 ne cordis Xpi ex gaudio, dist. 15. li. 3.
 An Christus secūdum hominem habuit
 necessitatē moriendi: necessitas mul-
 tiplex: moriendi necessitas vnde inest
 homini: Christi passio quō fuit volun-
 taria, aut violēta. De clamore valido,
 & anticipatione horæ mortis an fuit
 miraculosum &c. dist. 16. li. 3.
 Vtrum in Christo fuerunt plures volun-
 tates sibi in voluto semper cōformes:
 de multiplici voluntate in Christo.
 Vtrum in Christo fuit rebellio inferio-
 rum virium ad superiores: quō orauit
 pro calicis ablatione: quomodo exau-
 ditus est. Vtrum dubitauit de morte
 sua: an voluntas rationalis absoluta in
 Christo semper fuit conformis volun-
 tati diuine, dist. 17. li. 3.
 ¶ Christi meritum.
 De Christi merito: quomodo Christus
 meruit: cui meruit: & quid: an actu
 beatifico: quando meruit: an idem bis
 meruit: in qua portione est meritum,
 & cetera multa, dist. 18. li. 3.
 An Christus in sua benedicta passione
 omnibus hominibus meruit peccati
 remissionem: gratiæ infusionem: re-
 gni apertionem, & gloriā: latē ex-
 plicatur hæc questio, dist. 19. li. 3.
 Ibi de finitate, vel infinitate meriti Chri-
 sti: an prædestinatio habeat causam
 meritoriam: an solus Christus sit dic-
 tus redemptor, & mediator. ibidem.
 De necessitate reparationis humani ge-
 neris per Christum: & de rationibus

Anselmianæ demonstrant, vel non: quo-
 modo per Christum, & eius passionē
 redempti sumus, dist. 23. li. 3.

¶ Circumcisio.

Circumcisio quere in sacramentum.

¶ Clavis.

Clavis ecclesiæ quid est: de potestate cla-
 uium ecclesiæ: ad quid se extendant:
 an ad remissionem culpæ, & pene: de
 errore clauium quomodo sacerdos e-
 uangelicus soluit, & vitur clauē, & si-
 milia, dist. 18. q. 1. li. 4. Item dist. 19.
 eiusdem.

Clavis iurisdictionis, & ordinis: potesta-
 tis, & scientiæ, quæ sunt: quis earum
 vsus. &c. dist. 19. li. 4.

An Christi habuit potestatem clauium.
 ibidem.

¶ Clericus.

Clericus, quere in beneficium.

¶ Christi mors.

De Christi morte per separationem ani-
 mæ a corpore: sed non a deitate.

An caro Christi in sepulcro fuisse putre-
 facta, si Christus non resurrexisset.

An informata forma substantiali. Vtrum
 anima Christi post separationem ante
 corporis reunionem fuit impassibi-
 lis, dist. 21. li. 3.

Vtrum in triduo Christus fuerit verē ho-
 mo: recitantur opiniones.

An Christus in triduo fuit in sepulcro.

An persona verbi in triduo potuit verē
 dici Christi: & sic de similibus propo-
 sitionibus.

Ad concedendum sit, quod ille homo pu-
 ta Christus sit vbique.

Ad quem infernum Christus descendit.

Cur non statim eduxit patres de limbo.
 &c. dist. 22. li. 3.

Quam denominationē sortitum est ver-
 bum in triduo. ibidem.

¶ Cognitio: noticia.

Noticia euidentis quid est: noticia intuiti-
 ua: abstractiua: apprehensiuæ: iudicati-
 ua: complexa: incompleta: an eadem
 noticia sit intuitiua, & abstractiua: an
 tales notiæ sint synonymæ: noticia
 euidentis vnde causatur: respectu cuius
 est: an possit haberi a viatore de veri-

ratibus theologis: de quibus: quoru-
 plex, & qualis noticia potest haberi de
 deo. In quid primum fertur intelle-
 ctus cognitiuē: an ad rem ipsam, vel
 ad aliud. De noticia reflexa. q. 1. pro-
 logi.

An noticia euidentis veritatum theologi-
 calium sit scientia propriè dicta, q. 2.
 prologi.

Noticia practica, & speculatiua quid est.
 Quomodo differat. &c. vide, q. 10. 11. &
 12. prologi.

Item dist. 35. q. 6.

An primum cognitum a nobis sit diuina
 essentia, dist. 3. q. 1. li. 1.

Item dist. 35. q. 3. eiusdem.

Quomodo deus a nobis potest cognosci:
 in statu vię in se, vel in cōceptu: & quid
 est deum cognoscere in conceptu, dist.
 3. q. 2. li. 1.

Cognitio rei multiplex: similiter, & co-
 gnoscere multiplex est, dist. 3. q. 5. li.
 1. Quæ possent cognosci distinctē, &
 quæ confusē: plura alia vide de ordine
 cognitorum. ibidem.

Item dist. 22. eiusdem.

Aperitur totus ordo generationis poten-
 tiarum cognitiuarum tam sensus, quā
 intellectus multum latē, dist. 3. q. 6.
 li. 1. ad idem dist. 3. q. 2. li. 2.

An intellectus noster seipso intelligat si-
 ne alio representatiuo, dist. 35. q. 2. li. 1.
 Cognoscere dei, & producere quomodo
 differunt, dist. 38. li. 1. sic intelligere,
 & velle dei. ibidem.

Item dist. 2. q. 1. & 2. li. 1.

De cognitione dei latē habet, dist. 38. li. 1.
 Cognitio triplex: in verbo: in proprio ge-
 nere: quomodo differunt, dist. 14. li. 3.

De cognitione animæ Christi si omnia
 nouit in verbo: quæ verbum videt. Et
 similia hanc materiam concernentia.
 ibidem.

Quomodo denique differunt hæc cog-
 nitiones. ibidem.

De formatione notitiarum in genere la-
 tē habetur, dist. 3. q. 2. li. 2.

De cognitione angelorum quomodo co-
 gnoscant. An per essentiam, vel alias:
 vide, dist. 3. q. 2. li. 2.

Quomodo aliquid dicitur videri in ver-
 bo. Quomodo creatura relucet in ver-
 bo, dist. 14. li. 3.

Qui non vnum intelligit, nihil intelligit
 quomodo conceditur. ibidem.

Cognitio infusa quid est: similitur cog-
 nitio acquisita. ibidem.

An anima Christi omnia cognouit in-
 tuitiuē, actualiter, & in genere pro-
 prio, ibidem.

Diffusè recitantur opiniones de ponendo
 vel non ponendo species sensibiles, &
 intelligibiles in rerum cognitione: &
 acceptatur opinio, quæ gaudet pauci-
 tate, dist. 3. q. 2. li. 2.

Cognoscere per essentiam quid est. ibi-
 dem.

Notitia intuitiua, & abstractiua: matuti-
 na; & vespertina. ibidem.

Ratio cognoscendi multipliciter accipi-
 tur. ibidem.

Cognitio quadruplex, dist. 23. q. 2. li. 2.

De profectu hominis in dei cognitione
 in statu innocentie. ibidem. &c.

Praxis quid est: cuius potentie actus: de
 quo primo dicitur praxis.

Praxis virtuosas, vitiosas: an actus volun-
 tatis sit praxis: an speculatio. q. 10. pro-
 logi.

Noticia practica, & speculatiua quid est:
 quō differunt scientia practica, specu-
 latiua, quæ est, plura de hoc vide. q. 10.
 11. & 12.

Item an theologia sit practica, vel specu-
 latiua.

An habitus theologis sit practicus, vel
 speculatiuus. q. 12. prologi.

Differunt praxis, & noticia practica. q.
 11. prologi.

De praxi, & speculatione in quantum deo
 attribuuntur, dist. 35. q. 6. li. 1.

¶ Columba.

Si licet educare columbas emittendas ad
 campum, dist. 15. q. 13. li. 4.

¶ Compositio.

Compositum, seu compositio quid dicit,
 dist. 6. q. 1. & 2. li. 3.

¶ Comprehendere.

Comprehendere accipitur multis mo-
 dis, dist. 3. q. 7. li. 1. Item dist. 14. li. 3.

¶ **Conceptus.**
 Ordo, notificatio, & distinctio conceptuum, quæ possent haberi a nobis de deo: pulchre explicatur, q. 2. prologi. Item, q. 7. prologi.
 Quos conceptus possumus formare de deo: quid conceptus simplex: quotuplex. An cæcus potest formare conceptum de re non visa, q. 7. prologi.
 Intellectus formans conceptum de deo: ad quid immediatè terminatur, q. 1. & 7. prologi.
 Conceptus habet duplex esse: subiectiuum, & obiectiuum, distinctio. 2. q. 8. li. 1.
 An sit aliquis conceptus communis deo, & creaturæ, distinctio. 2. q. 9. li. 1.
 Res aliqua quomodo cognoscitur in conceptu: quid, & qualiter significat conceptus: an omnis conceptus significat naturaliter propriè: & similia multa, distinctio. 3. q. 2. li. 1. Item an possimus de deo habere plures conceptus quidditatiuos: ubi supra, q. 3. li. 1. ibidem.
 Quid conceptus quidditatiuus: quid simplex: quomodo de deo possunt formari a nobis, ibidem.
 Conceptus simplex, & compositus: compositus quid est, distinctio. 3. q. 5. li. 1.
 Quæ conuenientia, & qualis requiritur ad abstrahendum conceptum quidditatiuum, vel accidentalem, &c. distinctio. 8. q. 2. & distinctio. 17. q. 7. li. 1.
 Conceptus quid est: quot modis accipitur, distinctio. 3. q. 2. li. 2.
 ¶ **Confessio.**
 Confessio, quæ in penitentia.
 ¶ **Concretum.**
 Concreta substantiæ prædicantur continenter de suis abstractis, distinctio. 7. li. 3.
 Concreta prædicamenti substantiæ an sint absolutæ: an connotatiua ibidem.
 Termini connotatiui, & absoluti quomodo distinguuntur, ibidem.
 Concreta, & abstracta quomodo se habent ad inuicem quo ad suppositionem, ibidem.
 Concretorum triplex differentia, ibidem.
 ¶ **Confirmatio.**
 An confirmatio sit sacramentum a solo episcopo dispensabile: confirmationis

multiplex acceptio, diuisio, materia, forma, minister, quibus, quæ danda est de eius loco, significatio, institutione, effectu &c. distinctio. 6. li. 4.
 Confirmatio qualis est in beatitudine: & fuisset in statu innocentie, distinctio. 20. li. 2.
